

BK. 273.

Z e  
5374

ELEGIA  
IN  
EFFIGIEM  
ad viuum expressam  
**VIRI CLARISSIMI ET  
DOCTISSIMI**

DN. ADAMI SIBERI:

COMPLECTENS CVRRICVLIVI-  
tæ eius historiolam: & coniungens cum hac,  
per collationem, quædam de

DN. GEORGIO FABRICIO

Visa congruere, propter similitudinem,  
eidem commemorationi.

QVI VIRI VTRIQVE, VT LOCIS VI-  
cinis coniuncti, ita animis coniunctissimi, paribus cer-  
tatum studijs, magnâ cum discentium vtilitate, sempiter-  
nâq; nominis sui laude, vniuersæ seruierunt  
Reipub. literariæ:

VICINAS DVAS SCHOLAS ILLVSTRES  
feliciter gubernantes.

aut. Chrph. Caesar  
VVITEBERGÆ

Typis M. Simonis Gronenbergij, cIo. Io. xciiii.





# ELEGIA IN EFFIGIEM.



Rarefert culti tibi picta tabella SIBERI:

Non artem artificis pingere dextra potest.

Adiecit tredecim lustris tres integer annos:

Vita fuit studijs tota dicata pijs.

Acta fuit trieteris ei vix sexta; docebat

Artes iam magnâ dexteritate bonas.

Propositumque decem premit hoc quinquennia fidus;

Nempe tot, optatus quot Iubilæus habet.

Sedulus hoc aliquot ludos bene tempore rexit;

Cepit & Halensis virgea sceptr'a scholæ:

Tamque diu tenet hæc; miles sinjt ut diu Iberus

Infusus, cunctos cu' rapit ille libros.

Continuos, decimo ter lapso, quatuor annos

Illustrem doctâ rexit et arte Scholam,

Ad Muldam: FABRICI illustrem rexisti ut ad Albim,

Care sacris Musis, omnibus atque bonis.

Quod Grimæ ADAMVS erat, tu Misnide in urbe GEORGI:

Sunt spatia hei vitæ sed breuiora tuæ.

Quinquaginta etenim est quinque annis additus alter

Ætatis mensis; bis decem, & una dies.

Te scholæ Olympiades habuere at septem: habuit te

Rectorem lustris quinque schola Albiaca.

A 2 Innumeris

Innumeris cumulare bonis cum Misnidos oram  
Vellet, cuncta fluunt quo bona fonte, Deus:  
FABRICIO adiecit docto doctum ipse SIBERVM,  
Vicino atq; virum iunxit utrumq; loco.  
Ambo pares ætate, fide, virtutibus ambo:  
Ingenio, patriâ, sedulitate pares.  
Ambo pares studijs, meritis, industriâ, & arte,  
Instituendi etiam prosperitate pares.  
Ambo sibi nexu interioris amoris honesto  
Iuncti; animo ambo sibi conueniente pares.  
Hinctot, equo se ceu Phrygio, effudere celebres  
Doctrinâ, titulis, & pietate viri:  
Rarus ut Imperio locus inueniatur in omni,  
Quin, fide alumnorum, nota utriusque fides.  
Sed redeo ad nostrum, de quo nunc sermo, SIBERVM:  
Namq; aliud, FABRICI, tu mihi carmen eris.  
Grajugenûm domus Isocratis schola credita quondam  
Tota erat; Orator plurimus unde bonus.  
Culte, domus tua, sic schola docta, SIBERE, putatur;  
Doctorum unde virûm multa profecta seges.  
Ergo domo è tali doctam num surgere prolem  
Mirum? septenâ qua pater ipse fuit.  
Natus erat triplex; studiis imbutus honestis  
Omnis: in his IANUS funere mersus obit.  
Nomē habes, THEODORE, patris, laudemq; paternâ  
Æquas, pulcro & cum vincere Marte paras. Quin,

Quin, HENRICE, Patris vestigia, Fratris et, hæres  
Ceu proprius, stabili mente fideq; legis.  
Nata fuit quadruplex, pia, casta, pudica, venusta:  
Progenies tali non nisi digna patre.  
Cuī bona Nata venit, venit huic bonus et Gener: est par  
Sic Socero ipse Gener; sic Genero ipse Socer.  
Hinc Natæ docti, doctis cessere maritis  
Cunctæ, ampla dignis lauro & honore frui.  
Cuī SCHELNBERGIACÆ obscura est laus summa Thaliæ?  
Cuī non FVRMANI fama decusq; patet?  
TRAVTNER, eum & DOBLER thalamo officioq; secutus,  
Dum pietas sanctâ mente coletur, erunt.  
Muldanoque fides nota est MULINGIA ludo:  
Verè vt dicatur Docta ea tota Domvs.  
Et quia docti astris certabunt lumine: quantus  
Hvivs erit splendor, gloria quanta Domvs?  
Ergo tot annorum poteras tot ferre labores  
Tamq; graues, Fabrici; tamque, Sibere, graues?  
Sisyphium mevis saxum, Herculeumque laborem,  
Perpetem & angorem dicere voce? SCHOLA.  
Quis labor at vili reputatur vilior algâ:  
Cui sua pro meritis sunt malefacta? SCHOLA.  
Alter vt Alcides monstrorum pugnat aceruis,  
Barbariem remouens corde furente feram.  
Huic leo, & excetra, Ætoliusque aper, Antæusq;  
Vincendæ volucres Arcadicæ assiduò.

Quatuor Alcides triginta obijtq; labores:

Tot Præceptores quotidiè subeunt.

Corda La mechiadæq; velut cruciata dolore,

Continuis secli fracta fuere malis :

Sic animi formator habet puerilis amicus

Quotidiè, & semper , cur doluisse queat.

Ossa viri minuit cuiusque calumnia fortis;

Sed magis à tali forte profecta viro,

Qui facit ID, minus id faceret, quemcunq; decebat;

ID sed ne faceret, maxima caussa fuit.

Imò patrocinio ne sponte deeslet honesto,

Dedecus omne abigens, maxima caussa fuit.

Organa at hei Satanæ stygijs emissa cavernis

Inuenias, gratus sit quibus ille cibus.

Vipereo mutant, quicquid didicere, veneno:

Flore ita odorifero virus Arachna legit.

Si quod inest illis , infrenis & improba lingua'

Eloquo est cunctis perniciosa bonis.

Fota scholæ in gremio hæc audacia , matris ut aluo,

In matrem fertur sœua feroxq; suam.

Quique honor his surgit, doctæ tribuere Camœnæ:

Quis referunt rabie præmia digna suâ.

Namq; his non modò non prosunt, harumq; ministris,

Sed quacunque libet parte nocere, nocent.

Dixeris haud Iulianæos malè Dæmonas illos,

Quos spumâ ex fœdo Cerberus ore dedit.

Tot

Tot monstrorum spectrorum mille figuræ,  
Pectoris an frangent robora firma pii?  
Non mirum ut frangant: at contrà audentior ito;  
Vince malum; officium fac magis atque tuum:  
Vrgendo & magis officium fac; ope v N I V S auctus  
Et fretus, subiges monstra tot illa, D E I.  
Propositum molitur iter, rabida m̄que canis vim  
Latrantis spernit sic generosus equus.  
Talibus hei F A B R I C I tibi, talibus atque Chimæris  
Pugnandum tibi tot lustra, S I B E R E, fuit.  
Sed domitis tot monstrorum vel mille figuris,  
Iactato adjicitur mollis utrique quies.  
Castra Scholæ linquens etenim transcendit in astra,  
Astrorum dono lucis uterque fruens.  
Doctrinæ spatio lustrum adde, S I B E R E, tuæ unum,  
Æquabis vitæ F A B R I C I I spatum.  
Sic Iubilæus erit geminus: Iubilæus utrique  
Nunc agitur nitidi latus in arce poli.  
Fabricios, D E V S, ô multos, multosque Siberos  
Da nobis: cœtus crescat ubique tuus.

M. Christophorus Cæsar, Schola  
Halensis Rector.



Ze 5374

X2207183

110



# Farbkarte #13



B.I.G.

QK. 273.

Z e  
5374

ELEGIA  
IN  
EFFIGIE M  
ad viuum expressam  
**VIRI CLARISSIMI ET  
DOCTISSIMI**

DN. ADAMI SIBERI:

COMPLECTENS CVRRICVLIVI VI-  
tæ eius historiolam: & coniungens cum hac,  
per collationem, quædam de

DN. GEORGIO FABRICIO  
Visa congruere, propter similitudinem,  
eidem commemorationi.

QVI VIRI VTRIQVE, VT LOCIS VI-  
cinis coniuncti, ita animis coniunctissimi, paribus cer-  
tatum studijs, magnâ cum discentium vtilitate, sempiter-  
naq; nominis sui laude, vniuersæ seruierunt  
Reipub. literariæ:

VICINAS DVAS SCHOLAS ILLVSTRES  
feliciter gubernantes.

ad. Chrph. Caesar  
VVITEBERGÆ

Typis M. Simonis Gronenbergij, c I o. I o. xciiii.